

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paciencia d
cum fonte primo

Fili, si ploras, sub patre plora, noli cum indignacione, noli cum typo superbie. Quod pateris unde plangis medicina est, non pena; castigacio, non dampnacio. Noli repellere flagellum, si non uis repelli ab hereditate; noli attendere quam penam habeas in flagello, sed quem locum in testamento.

Augustinus super Psalmum LXXXIX.

Fili, si ploras, sub patre plora; noli cum indignacione, noli cum typho superbiae. Quod pateris, unde plangis, medicina est, non poena; castigatio est, non damnatio. Noli repellere flagellum, si non uis repelli ab hereditate; noli adtendere quam paenam habeas in flagello, sed quem locum in testamento.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 102, 20 (CCSL 40, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.1469, ll.6-11).